19

18



PRECES SACRÆ

INFRA MISSARUM ſolemnia recitandæ, pro Catholici Regis noſtri Philippi intentione, in obſequium Fidei, & Chriſtianæ Religionis conſervationem, & augmentum.

Año de 1728.

Reſp. NOs alium Deum neſcimus; præter te Domine, in quo ſperamus:

Pſ. Ne deſpicias nos, nec amoveas ſalutem tuam à genere noſtro.

Verſ. Quoniam ecce Reges terræ congregati ſunt: convenerunt in vnum.

Pſ. Ne deſpicias nos, nec amoveas ſalutem tuam à genere noſtro.

Pſal:

Psalmus.

DEus misereatur nostri, & benedicat nobis illuminet vultum suum super nos, & misereatur nostri.

Vt cognoscamus in terra viam tuam : in omnibus gentibus salutare tuum.

Confiteantur tibi populi Deus : confiteantur tibi populi omnes.

Lætentur, & exultent gentes : quoniam iudicas populos in æquitate, & gentes in terra dirigis.

Confiteantur tibi populi Deus, confiteantur tibi populi omnes : terra dedit fructum suum.

Benedicat nos Deus, Deus noster, benedicat nos Deus : & metuant eum omnes fines terræ.

Gloria Patri, & Filio, & Spiritui Sancto.

Sicut erat in principio, & nunc, & semper : & in sæcula sæculorum. Amen.

Kyrie eleyson. Christe eleyson. Kyrie eleyson.

Pater noster, &c. *Secreto.*

Vers. Et ne nos inducas in tentationem.

Resp. Sed libera nos à malo.

Vers. Emitte Spiritum tuum, & creabuntur.

Resp. Et renovabis faciem terræ.

Vers. Post partum Virgo inviolata permansisti.

Resp. Dei Genitrix intercede pro nobis.

Vers. Ora pro nobis Beate Iacobe Apostole.

Resp. Vt digni efficiamur promissionibus Christi.

Vers.

Verſ. Memento congregationis tuæ.
Reſp. Quam poſſediſti ab initio.
Verſ. Fiat pax in virtute tua.
Reſp. Et abundantia in turribus tuis.
Verſ. Domine exaudi orationem meam.
Reſp. Et clamor meus ad te veniat.
Verſ. Dominus vobiſcum.
Reſp. Et cum ſpiritu tuo.

OREMVS.

DEVS, qui corda fidelium Sancti Spiritus illuſtratione docuiſti: da nobis, in eodem Spiritu recta ſapere, & de eius ſemper conſolatione gaudere.

COncede nos famulos tuos, quæſumus Domine Deus perpetua mentis, & corporis ſanitate gaudere: & Glorioſa Beatæ MARIÆ ſemper Virginis interceſsione, à præſenti liberari triſtitia, & æterna perfrui lætitia.

ESto Domine plebi tuæ Sanctificator, & cuſtos; ut Beati Jacobi Apoſtoli tui munita præſidijs, & converſatione tibi placeat, & ſecura mente deſerviat.

DEVS, qui errantibus, ut in viam poſsint redire iuſtitiæ, veritatis tuæ lumen oſtendis: da cunctis, qui Chriſtiana profeſsione cenſentur, & illa reſpuere, quæ huic inimica ſunt nomini, & ea, quæ ſunt apta, ſectari.

Deus

DEUS, à quo sancta desideria, recta consilia, & iusta sunt opera: da servis tuis illam, quam mundus dare non potest, pacem: ut, & corda nostra mandatis tuis dedita, & hostium sublata formidine, tempora sint tua protectione tranquilla. Per Christum Dominum nostrum. Amen.



FINIS.

